Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



100.

quiescet. Alius. Qui in captiuitatem duxerit in captiuitatem uadit. qui in gladio occiderit oz eum gladio occidi. hec est patientia et fides sanctorum. Al. Fratres videte nos metipsos ne perdatis que operati estis sed ut mercedem plenam accipiatis. Tybur. Presta quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum tuorum tyburtii et valeriani solemnia colimus eorum etiam imitemur exemplis. Ve. Hec dicit primus et nouissimus qui fuit mortuus et uiuit. esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam uite. Alius. Nemo patiatur qui homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor sed autem ut zelus non erubescat. Al. Hec est gratia dei ut unusquisque glorificet deum in isto nomine quoniam tempus est ut incipiat iudicium a domo dei. Deus. Deus qui nos beati georgii martyris tui muneris et intercessione letificas concede propitius ut qui eius beneficia postulamus dono tue gratie consequamur. Ad altare. Iuuenis sancte martyr georgi ad albertus quesumus domine nos ubique letificet ut dum eius merita in perpetua festiuitate recolimus in augmento virtutum patrocinia sentiamus. Indiebus. Confitemini alterutrum peccata uestra et orate pro inuicem ut saluemini. Al. Si quis erauerit ex nobis a veritate et euerterit quis eum stare debet qui quis euerterit peccatorem ab errore uie sue saluabit animam suam a morte et operit multitudinem peccatorum. Collecta. Parce quesumus domine parce populo tuo ut nullis iam patiaris aduersitatibus fatigari quos pretioso sanguine filii tui redemisti. Al. Presta quesumus omnipotens deus ut qui afflictione nostra de tua pietate confidimus cuncta adiuta omnia tua semper pietate muniamur. Ve. Hec dicit sanctus et verus sicut scriptum est euangelio. Mathei euangelio. Opera tua Lege dedi coram te hostium apertum quod nemo potest claudere quia quasi iubum meum et non negasti nomen meum. Alius. Hec dicit sancto et uero. Lege uenio cito tene quod habes ut nemo accipiat co